

**Liber tertius.**

**Ca. li.**

Non negligentem in audacia perditis diuitiis caruerunt.  
Audax namque pavo caudam auream perdidit, et pavidus lepus pellem propriam custodivit. Nec igitur frater mi oportet diligenter seruare si mundi huius diuitias cupis ardeat videlicet ut sis semper cupidus eiusmodi affectando violentus in rapiendo, auarus in tenendo, timidus in seruando. Abi autem hec coruus audiuit digestam sententiam confestim perit. O certe infelicissime paupertatis fallaces mundiales diuitias et omni cum studio sapientis iudicio detestandas quarum nimirum dilectio cupiditas est, acquisitio rapacitas, possessio illiberalitas et conseruatio timiditas est horrenda. Sed quid cupiditate celestis? quid rapacitate iniquus, et illiberalitate difformis, ac timiditate molestus. Spero decetero immoderatas diuitias, Cresi et assueri opum magnalia et scuta repudio aurea salomonis. *est*  
Dee quidem diuitie vere sunt sine cupiditate quod est, sine rapacitate iustum sine illiberalitate benignum absque timiditate securum possidere. Sic adiuncto vale discessit. etc.

**¶** Quod cupidi terrenorum sunt cecum.

**¶** De talpa contra naturam **Ca. li.**

Ab terrenis latibulis cum talpa fodiendo discurrens in occulto meditante quietem fabricatrice rerum natura iuncta hac proponens querimoniam dixit illi. At quid illudens me quasi monstrum inter animalia posuisti formam michi oculum nec das visum. Basilisci in pupillas letiferas illustrasti ac tam nocentis tene oculos ingemasti meos quidem nulli nocuos. In dulci luce obscura priuasti pellicula condens. Cui illa respondit. Si summe nimirum sapientis potentia cuncta compono, verum non inuenis aditum *latet*